

**M**ortales præstas, Günthere, ut corpore multos;  
Sic etiam multis mente præire soles:  
**I**s prius adfirmat, modò qvi tua conspicit ora,  
Posterius nobis litera scripta probat.

**U**t formam magnam, magnas mentisqve sagacis  
Dotes excipient præmia magna, precor,

*In honorem eruditissimi Dn. Aut. RESP.  
amici sui integerrimi  
scribebat*

**C**hristophorus Theodorus Ernesti,  
SS. Theol. Stud.

---

**I**llecebrae fugiunt animum, qvi sponte coronam  
Palladis elegit textam, qvâ docta beantur  
Tempora. Nam Docti doctis stringuntur abenisi!  
Non secus ac fortis medios grassatus in hostes  
Militis esse solet genius; perdocta Salana  
Güntheri Clio peragrat Thuringica castra  
Primùm, post etiam ulterius famam inscrit Albo  
Clarorum Phylureo, in pulpita ducta Sophorum,  
Ult pariter monstrat, virtus quo brachia tendat!  
Non similis lanæ res est defensa caprinæ,  
Sed verè cunctorum ex asse meretur honorem.  
Propterea nullus renuit jam pulpita adire  
Atque tuis, ô luce magis Dilecte, decoris  
Suffitum manibus gratum, quô Lipsia fumet  
Ac natale solum, celsis imponere honorem  
Aris; Hunc Merito mea mens non detrabet unquam.

Hoc  
Cordi suo  
**C**hristophorus Lubecus,  
Philotheosophus.

